1426. 2ª septembris

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 22 (6)

Vobis Reuerendo in xpo patri et dno domino Andree de heugubio generali magistro totius ordinis cruciferorum ordinis sancti marci et doctori decretorum
Humiliter exponitur pro parte eiusdem dominationis et paternitatis deuotissimorum Conuentus et capituli sancti marci de ast et fratris mathei de grana prioris ipsius conuentus
fratrum et conuentus sancti marci de ast ordinis cruciferorum ac dni fratris henrici ussellj de montegaudino professoris ordinis predicti sancti marci de ast totum conuentum et
capitulum dicti conuentus et ecclesie sancti marci representantium cum nulli alij adsint. Quod cum ecclesia et conuentus et domus huius prioratus sancti marci de ast
habeat et teneat et possidat domum unam sitam in hac ciuitate Ast in loco ubi dicitur ad portam merchati porcorum. Cui coheret ipsum merchatum ante et via pu-
blica ciuitatis ab alia parte, et heredes Egregii legum doctoris dni [illegible] quondam ciuis ast ab alia parte et via publica ciuitatis merchati ab alia parte. Que domus
propter sui antiquitatem maxima eget reparatione et nisi de remedio opportuno prouideatur, tracha eius reparationem reedifficationem in breui speratur eius ruina. Et [illegible]
sumptus qui dietim in ipsa domo et tracha ipsam fiunt pro ipsius domus sustentatione, fore inutilis est ipsi prioratui et ecclesie. Nobis ipsis conuentu et capitulo
ac priore et fratribus antedictis solempniter conuocatis in unum et more debito congregatis causa prouidendi tractandi et deliberandi de modo et forma necessariis
domus antedicte. Tandem tractauimus firmauimus et deliberauimus votis omnium nostrum diligenter exquisitis bonum et opportunum fore dicto prioratui
et ecclesie pro prouisione necessaria et utilitate ipsius ecclesie quod domus predicta sita ad ipsam portam merchati vendatur. Et quod precium ipsius domus per-
cipiendum ex ipsa domo taliter percipiatur uel collocetur quod ex eo percipiatur per ipsam ecclesiam et conuentum commoditas et utilitas. Cum sic fieri uti-
le est et necessarium ipsi ecclesie et prioratui. Ceditque in utilitatem euidentem ipsius ecclesie et conuentus. Predictaque de anno presenti tribus vicibus diuersis
diebus nobis ut supra conuocatis tractauimus et conclusimus [illegible] ad eorum executionem diligenter et solicite [illegible] si reperiretur aliqua persona ma-
xime in ciuitate ista que tracha emptionem ipsius domus iusto precio et cum utilitate ecclesie vellet attendere. Et multis hinc inde perquisitis. Tandem
inuenimus Egregios legum doctores dnos henricum et Secundinum fratres de natis ciues huius ciuitatis qui emere dictam domum ad [illegible]
quisitionem se paratos obtulerunt. Offerentque se velle dare pro precio dicte domus ianuinos centum triginta quatuor auri et quartum unum alterius
[illegible]ius. Quos quidem ianuinos centum triginta quatuor et quartum unum alterius ianuini Statim facta venditione domus predicte eisdem do-
[illegible]s henricho et Secundino promittunt solempniter se locaturos in locis communis huius ciuitatis Ast et realiter collocabunt ad utilitatem et nomine
[illegible] ecclesie. que loca habentibus in eis prouentus reddunt omni anno pro reddito et prouentu ad rationem de ianuinis septem pro quolibet centenario. Sicque eccle-
[illegible] et prioratus percipient ex dictis ianuinis centum triginta quatuor et quarto uno alterius ianuini ianuinos nouem cum medio pro prouentu omni
[illegible]o. Quibus per nos auditis et intellectis habito etiam inter nos tractatu. Tandem conclusimus quod vendere ipsis dnis henrico et Secondino dictam
[illegible]um pro precio antedicto et formis et modis suprascriptis cedit in utilitatem euidentem huius nostre ecclesie et conuentus. Utileque et necessarium est bonum dictam
venditionem predictis dnis henrico et Secondino per nos fieri. Que omnia vestre Reuerende paternitati humiliter notifficare volumus. Eidem deuote suppliciter
[illegible] quatenus nobis priori conuentui et fratribus attentis premissis licentiam auctoritatem et baylia in forma solita concedere dignemini per quam possimus cum dictis dnis henrico
et Secondino pro dicto precio et modis suprascriptis dictam domum vendere. et contractum venditionis cum eis facere cum promissionibus renuntiationibus penis et obligationibus bonorum huius
prioratus pro obseruantia et securitate dicte venditionis. solitis et opportunis ut sic huius mediantibus possimus que predicta que tendunt in huius ecclesie utilitatem adimplere.
Et ut uestra paternitate confidimus. Quam deus omnipotens ut optamus et omnia per eum disponimus vobis eternam conseruet. In quorum testi-
monium presentes fieri iussimus ac Sigilli huius conuentus communiri ipsi [illegible] Datum Ast Anno dni [illegible] indictione quarta die
[illegible] mensis Septembris

Et Ego Secundinus ventura ciuis Ast [illegible] publicus [illegible]
[illegible]

Morbio 22 (6)

1426 2/X

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1854972200-19